



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De corporeis doloribus Christi Saluatoris. Proœmium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](#)

CONSIDERATIO**TERTIA;****DE CORPOREIS DOLORI-
BUS SALVATORIS.**

V A N D O Q V I D E M
in secunda consideratione
expendimus & pondera-
uimus, qui fuerint dolo-
res intrinseci, quos san-
ctissima anima Domini & seruatoris
nostris IESV Christi perpessa est: In
hac tertia consideratione perpendemus
& examinabimus, diuina ope adiuuan-
te, quales fuerint dolores extrinseci,
quos Christus in sacratissimo & delic-
atissimo corpore suo tolerauit: eos qd ad
maiorem facilitatem & euidentiam in
quinq; capita praecipua distinguemus.

Primum: complectetur dolores,
quos passus est Christus in generali.

Secundum: dolores, quos propter
corporis sui teneritudinem sustinuit.

Tertium: dolores, quos ob tormento-
rum immanitatem tolerauit.


P**Quar-**

CON

222 DE CORP. DOL. SALVAT.

Quartum: dolores, quos propter carnicum truculentiam, & modum cruciandi perpeccus est.

Quintum: dolores, quos propter suppliciorum multitudinem, ac varietatem sensit.



DE DOLORIBVS

QVOS CHRISTVS IN COR-
pore suo passus est generatim: quales
nimurum & quam acer-
bifuerint.

C A P V T I.



N T E Q V A M singulatim om-
nes & singulos Christi Domini
dolores corporeos expendan-
mus, operæ pretium erit gene-
ralem quandam præbere notitiam, quæ
animæ fideli, quasi præludij & tentamenti
vice sit, ut opitulâte Spiritus sancti gratia,
viuaciore cum sensu ad particularem illo-
rum considerationem possit ingredi.

T.
Quid sit do-
lor corpo-
ris.

CONSIDERA igitur primò: Dolorem corporis nihil aliud esse, vti eum S. Augustinus definit, quam sensum quendam in